



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 112. Canonici Regulares in Lateranum restituti

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

**S**ecul. XV. ea supervixit, ducenta aureorum millia in  
A.C. 1471. viatu absumpisse, sexaginta vero aeris alieni  
 reliquissse traditur. Obiit voluptatibus con-  
 fectus annorum viginti octo Juvenis. De-  
 nique de profusa ejusdem liberalitate, lu-  
 dis publicis, quibus populum recreabat,  
 necnon de conviviis, aliisque ejusmodi  
 prodigalitatibus forte pejoribus exstat epi-  
 stola Cardinalis Papiensis. Præterea au-  
 tor orationis funebris, quæ in ejus exe-  
 quiis dicta in Continuatore Ciaconii repe-  
 ritur, de eo haec habet: *Quingentos ferme  
 alebat domesticos, hos illustri, illos nobili,  
 omnes honesto loco natos, Antislites, Docto-  
 res, Oratores, Poetas, aut alicujus alterius  
 honestæ artis studiosos, dicere solitus: se  
 omnium honestorum Virorum hospitem esse.*  
 Unde cum Onuphrio haud temere inferro  
 possumus, Sixtum magna in suos indul-  
 gentia usum, non pauca eisdem nimia fa-  
 cilitate concessisse, & fratrum sororumque  
 filios, quos multos habebat, ad magnos ho-  
 nores, divitiasque provexisse.

§. CXII.  
*Canonici Regulares in Lateranum  
 restituti.*

**S**ixtus IV. initio Pontificatus sui in Ec-  
 clesiam ad S. Joannem in Laterano  
**C**anonicos sacerdotes reduxit, ejectis inde  
 Regularibus, quos Romani statim post  
 Pauli II. Pontificis obitum intruserant.  
 Cum

Cum vero templum S. Mariæ de pace, Sæcul. XV.  
quod Sixtus Regularibus concesserat, A. C. 1471,  
nonnisi duodecimo post anno plene con-  
structum esset, ilsdem Caraffa Cardina-  
lis monasterium extruxit, suamque Bi-  
bliothecam dono dedit, Papa decernen-  
te, ut nihilominus iidem semper titulum  
ac privilegia Canonicorum Regularium  
Lateranensium haberent. Nempe adeo  
liberalis erat Pontifex, ut nulli petenti  
prorsus quicquam negare posset, & non  
raro simul pluribus easdem gratias, quas  
importunis precibus ab eo petebant, con-  
cederet. Hac de caufa subscribendis li-  
bellis supplicibus Joannem Montmiralem  
in Curiæ negotiis longe exercitatissi-  
mum, industrium æque ac solerter prä-  
fecit, eo fine, ut omnem contentionis,  
ac invidiæ occasionem tolleret, simulque  
präpediret, ne favores peterentur, qui  
jam aliis concessi fuissent.

§. CXIII.

*Galliarum Rex a Burgundice Duce de  
pace reddenda sollicitatus.*

Jamjam Galliarum Rex oppidum sancti Quintini, & Ambianum suis subjiciebat armis; Quare Burgundiae Dux tantis Ludovici victoriis perterritus, pacem efflagitat, datisque ex Atrebateni civitate ad Connestabilem literis eidem belli injustitiam, qua ipsemet premeretur, expo-